

passivam, qua obiectum aliquod consideratum comparatur ad aliud...

Resp. satis patere ex dictis art. praeced. concl. 2. non refutare flatim...

32 Sed urges, oppositum manifestè indicari a Doctore loc. cit. supra...

Resp. ad tollendam aequivocationem actus directi & reflexi, quae...

33 Tertio si ens rationis est id, quod concipitur ad modum veri...

pit Deum, ut relatum ad creaturas, concipit ibi relationem realem...

35 Resp. sententiam illam, quod ens rationis consistat in falsis...

36 Quarto si ens rationis concipi debet ad similitudinem entis...

37 Resp. similitudinem entis rationis cum reali non est univocationis...

38 Primum quidem, quod entia rationis suo modo concipiuntur, quia...

39 Sed contra obicit foret, quod causae reali correspondere effectus...

QUESTIO III.

Nam ens rationis habent causas sui esse, & quas.

37 Cum loquimur de causalitate entium rationis, ut Tat. advertit...

38 Primum quidem, quod entia rationis suo modo concipiuntur, quia...

39 Sed contra obicit foret, quod causae reali correspondere effectus...

40 Tertio habent etiam suo modo causam materiale, & formalem...

42 Quarto habent etiam suo modo causam materiale, & formalem...

apprehensione simpliciter, quae est entium, & de ipsis praedicat, quae...

Repondent aliqui ex Suarez cit. quod licet intellectus aliquando...

Sed haec solutio nulla est, quia utique concedimus causam...

Dices, a Scotiis nostris entia rationis reliquias creatae à figulo...

42 Quarto habent etiam suo modo causam materiale, & formalem...

Quaeres, quanam sit propria materialis, in qua entium rationis...







7. Phisic. qu. 8. art. 2. sicut igitur probabile est, dari finem praefatum...

soluuntur Objectiones.

53 In oppositum obicitur. Primo probando diversis experientis sensus...

54 Responsum ad idem. Quomodo in illis, & similibus experientis nihil fingitur ab oculo...

55 Ad Confir. in his casibus, & similibus re vera sensus non fallentiam...

56 Secundo obicitur probando fieri posse saltem per sensus interios, & praesertim imaginativam...

nativa potest concipere lineam quandam infinitam, quae implicat, & alia huiusmodi...

56 Responsum ad idem. Quomodo in illis, & similibus experientis nihil fingitur ab oculo...

57 Sed quia hoc plenus dicitur de libro de Anima, mittitur pro nimis phantasia esse formaliter collativam...

At Dices, id implicare, cum enim non feratur in incognitum, sed ab intellectu...

58 Dices, imaginativam saltem per modum memoriae & reminiscitiae posse ens rationis...

Tertio

Tertio obicitur ex Suarez, quod negat voluntas efficere ens rationis...

59 Responsum ad idem. Quomodo in illis, & similibus experientis nihil fingitur ab oculo...

At Dices, id implicare, cum enim non feratur in incognitum, sed ab intellectu...

60 Dices, imaginativam saltem per modum memoriae & reminiscitiae posse ens rationis...

ARTICULUS II

Resolutio quaest. de actu, quo ens rationis fit.

60 Dices, imaginativam saltem per modum memoriae & reminiscitiae posse ens rationis...

collativus, directus, vel reflexus iuxta exigentiam entium rationis, quae sunt...

61 Quod vero hic actus entis rationis formativus possit esse absolutus, vel comparativus directus, vel reflexus...

Sed obicitur 1. quod omne ens rationis fieri debeat per notitiam comparativam...

62 Responsum ad idem. Quomodo in illis, & similibus experientis nihil fingitur ab oculo...

63 Dices, imaginativam saltem per modum memoriae & reminiscitiae posse ens rationis...

pra-







Non sufficit, quia est hoc modo cognosci poterint ut objecta nostrorum adum, tamen adhuc absolute independentes ab eis cognosci poterint, nam data hypothese, quod intellectualis creatura repugnaret in rerum natura, adhuc divinus intellectus impossibilis cognosceret, ergo eorum intelligibilitas non habet necessaria connexionem cum actibus nostris futuris, vel possibilibus; si ergo potest dari illis esse objectivum independentem ab eo, quod eis tribuitur, vel tribui potest ab intellectu creato, videtur facere posse ens rationis; itaque pro resolutione hujus difficultatis.

74. Dicimus secundo utrumque esse probabile, quod divinus intellectus facere possit, vel non possit ens rationis. Conclufione hanc ponimus problematicam, quia Doctorem de hac re omnino certum non habemus, quoniam enim locis citatis pro secunda sententia partem affirmativam problematicam afferere videtur, alibi tamen vel negativam insinuat, ut in r. d. 8. q. 4. N. ubi negat intellectum divinum eo quia omnia intuitively cognoscit, sicuti sunt, posse creare relationem rationis, & concipere ut distinctam, quae a parte rei distincta non sunt, vel saltem dubitative loquitur, ut in r. d. 85. H. ubi quatuor instantia ponit, in quorum primo ait, Deum intelligere essentiam sub ratione merè absoluta, in secundo procedere lapidem in esse intelligibili, in tertio comparando intellectum suum ad quodcumque intelligibile forte posse causare in se relationem rationis ad eodem intellectu, in quarto denuo reflexione cognoscere illam relationem rationis; Quia de causa etiam Mauritius qu. 8. univ. dub. 5. hanc tangens dicitur, non affert divinum intellectus causare respectus rationis, problematicam procedit, dicens affert posse, quod Deus hac entia rationis cognoscit ut habent esse objectivum in intellectu creato, ut tertia ponebat opinio, vel non esse inconveniens ponere huiusmodi respectus in Deo, ut etiam habent esse cognitum, & objectivum in intellectu ipso, ut affertur secunda opinio, quae consequenter aebet ens rationis ab intellectu divino esse posse.

75. Affirmativa pars problematis diversimodo probatur à diversis. Quamvis ex eo probant, quia in efficientia entis rationis nulla intervenit falsitas, vel error, praesertim cum fit per simplicem apprehensionem, nam non ens reale, quod tunc obicitur intellectui, non cogitur esse a parte rei, sed simpliciter cognoscitur existere objective in intellectu, quod non falso, sed verè dicitur, ergo efficere ens rationis non repugnat intellectui divino. Haec ratio est insufficientis, quia licet non sit falsitas in tali conceptu nostro, cum non affirmet intellectus nostrum ens rationis esse verum ens, cum sciat contrarium, tamen in eo conceptu improprietates quadam videtur esse, quatenus non ens reale, est non apprehendamus esse ens reale, apprehendimus tamen illud ad modum entis realis, & per species alias, quod est extraneo modo rem attingere, & quasi aliter quam fit saltem modo praesens, si non diversum. Alii probant ex eo, quod non est de ratione entis, ratione ut res cognoscatur aliter ac fit, sed tantum quod aliud esse non habeat, quam obiectivum, potest autem intellectus divinus tale esse tribuere, non enim. Neque haec ratio sufficit, nam dicitur sustinere partem negativam problematicam repugnare, quod aliquid habeat tantum esse objectivum in intellectu, & non intelligatur aliter, quam ut est, quidem; ut fit ens reale, sed quia ad modum entis realis concipitur, & in illis subjectis concipiatur esse, in quibus verè non est, ut relationem in Deo ad creaturas; ergo eo ipso quod aliquid concipitur esse, quod revera non est, nec esse potest, non conformatur intellectus obiecto à parte rei, atque ideo concipit rem aliter, ac fit. Nec dicas intellectum non posse circa impossibilia, cum enim intelligit Chymotam repugnare, equum esse non posse rationale, profecto dicit, quod est à parte rei, atque ita non efficit ens rationis.

At insinat Ovid. contr. 12. Metaph. pund. 6. concl. 7. ens rationis fieri per diffinitionem chymerae, seu per iudicium, quod dicitur, chymera est non existens. O respugnans, quia per hoc iudicium non solum cognoscitur repugnantia chymerae, sed non esse chymerae, sed etiam ipsa chymera, cuius est negatio, seu de qua praedicatur negatio, ergo hoc iudicium habet duplex obiectum, negationem scilicet, & chymeram; ergo ex vi huius iudicii datur aliquid habens esse objective in intellectu, quod nullius est, & ideo apprehendens chymeram, ut non existentem, non facit

ens rationis, respondet chymeram, ut non existentem duo dicere negationem chymerae, & ipsam chymeram, primum habet esse à parte rei, quia à parte rei est negatio chymerae, secundum scilicet chymera non habet esse a parte rei, sed tantum objective in intellectu, ex quo fit cognoscit hunc complexum, chymera ut non existens duo cognoscere, negationem scilicet chymerae, ex vi cuius rationis non facit ens rationis, & ipsam chymeram, ex vi cuius facit ens rationis, fundamentum huius Auctoris, quod contendit per diffinitionem circa impossibilia fieri ens rationis, & hinc solvit rationem aliam, fallum est, nempe quod per illud iudicium, quod dicitur, chymera est non existens, non solum attingatur repugnantia, seu non existentia chymerae, sed etiam ipsa chymera, nam ut ex professo dicimus disp. 6. de Anim. q. 10. art. 2. ac tenet etiam Ovid. ipse contr. 7. de Anim. punc. 2. ad us iudicii est una simplex qualitas, cuius proximum, & immediatum, simul, & adequatum obiectum non sunt termini illi incompleti subiecti, & praedicatum, sed copula illos connectens, terminum verò illi attingitur per actus apprehensionis praecedentes ad iudicium, illi; coexistens, cum adventu, si ergo extrema illa non attingatur ex vi actus iudicii, sequitur evidenter per iudicium, quod dicitur, chymera non est existens, non fieri ens rationis; quia per tale actum praesens attingitur repugnantia, sive non existentia chymerae, non autem ipsa chymera, unde constat tam rationem Ovid. quam eius solutionem ad nostrum argumentum falso inniti fundamentum, quod nec eius principis conscientiam est. Alii probant ex eo, quod vis efficiendi ens rationis non oritur ex imperfectione intellectus, sed potius ex perfectione, nam secundum hanc rationem superat potentias sensitivas, quae nequeunt sibi formare obiectum ad similitudinem proprii obiecti. Sed haec ratio urget alioquin probat esse perfectionem in intellectu sibi conficere obiectum per actum fallum, & quia purus ratio a priori sumpta est universalitate obiecti intellectus, rursus ponderabitur infra. Alii denique distinxerunt de variis generibus entium rationis, & dixerunt unum genus esse formati posse ab intellectu divino, non aliud, fundata nimirum non fictitia, quia in his formandis utique falsitas intervenit, & deceptio, quia nullam correspondentiam fundamentum à parte rei, et non in illorum formatione, cum intellectu tunc tribuit obiecto, quod illi convenit, ratione fundamenti, quia de causa nec fingit, nec decipitur. Sed quamvis haec via facilius videtur ad hanc partem problematicam defendendam, tamen solidior ratio pro hac parte universaliter probat de ente rationis tam fundato, quam non fundato, quod possit fieri à Deo, Accedit, quod opposita partem sustinentes adhuc urgebant, quod licet cognitio formativa entis rationis fundati veritatem habeat ratione fundamenti, falsa tamen erit ratio obiecti immediati, & formalis.

76. Ratio igitur ad hanc partem probandam est, quia potest Deus quodcumque ens rationis cognoscere absque ordine ad intellectum creatum, & consequenter dari illi primum esse obiectivum, & imperfectio, quae intervenit in fabricando ente rationis, oritur imperfectione ex natura obiecti, quod ita petit intelligi, nam cum intrinsece analogiam includat ad ens reale, non nisi ad instar eius, & per ordinem ad illud intelligi potest, & hic est modus proprius intelligibilitatis eius, & quando ita intelligitur, dicitur potest intelligi, sicut est, quia talis est eius natura, ut intelligatur per imitationem entis realis; cui igitur tota imperfectio se tenet ex parte obiecti, poterit divinus intellectus illud attingere etiam ad modum entis realis, quia ad perfectionem eius spectat, ut unumquodque cognoscit, sicut est; nec absurdum est divinum intellectum concipere obiectum cum imperfectione, quam secum adfert ex natura rei, & per hoc solvi possunt omnes rationes partis oppositae, quae fundantur in imperfectione, tantum requiritur ad faciendum ens rationis.

77. Pars verò problematica opposita, quod nequeat divinus intellectus entia rationis conficere, ex opposito fundamento est probanda, quod nempe imperfectio, quae intervenit in fabricando ente rationis non oritur praesens ex natura obiecti, sed ex nostro praesertim proprio, & inassequato concipiendi modo, quo saepe sepius concipimus, quae non sunt distincta, ut distincta, quae non sunt relata, ut relata, quae sunt negativa, & privativa, ut positiva, in quibus omnibus apparet res concipi extraneo modo, & non quales sunt, hoc autem repugnat perfectioni divini intellectus, quae res cognoscit ut sunt in ipsis, & ideo cum entia rationis non sint in rebus ipsis, non potest cognoscere ibi esse v.g. distinctionem, ubi non est, relationem, ubi non est, poterit igitur divinus intellectus attingere in intellectu creato hunc imperfectum cognoscendi modum, sed nequaquam eo uti, poterit etiam attingere entia rationis cognoscendo actiones ab intellectu nostro futuras, vel possibilis, quarum sunt obiecta, non tamen illa attingere in seipso, & haec pars problematica magis consonat communis modo loquendi de ente rationis.

78. In oppositum arguitur primo, quod Deus non cognoscat entia rationis à nobis facta: Tum quia ego attingat omnes actiones nostras, non proinde incendens est cognoscere ens rationis, quod per eas efficitur, quia vel attingeret idem numero ens rationis per illas machinatum ab intellectu nostro, & hoc non; quia illud ens rationis ita dependet ab actu illo intellectu creato, ut à quavis alia cognitione dependere repugnet, vel attingit aliud ens rationis, quod ipse faciat ad similitudinem illius, & neque hoc, alioquin non attingeret ens rationis à nobis factum, sed aliud ei simile. Tum quia si cognoscendo actiones nostras attingit entia rationis, sicut si cognoscendo actiones iam illa cognoscat ad modum entis, quia si cognoscendo actiones nostras, ergo efficit ens rationis, quia hoc efficitur non per adductam, quod totum illud complexum chymera non existens, datur à parte rei, & ideo apprehendens chymeram, ut non existentem, non facit

no, tanquam ab integra causa, nam ad illud, ut sic, non concurrat intellectus creatus, erant entia rationis ab ipso efformata, non autem ab intellectu creato.

Resp. intellectum divinum cognoscere idem ens rationis à nobis factum, quod licet in esse, & fieri ita pendeat ab actu illo intellectu creato, ut si nequeat ab alio dependere, potest tamen ab alio actu de pendere in cognosci modo merè speculativo, & veluti in esse signari, & in hoc sensu pendet à cognitione Dei. Ad 2. immediate, & formativè cognoscit illa sicuti sunt, quia videt esse signata, & entia rationis, & mediate solum attingit quae actum. Ad 3. dat, illis esse obiectivum sic esse obiecta nostrum, quae denominativum, quale est illud, quod convenit extrinsecum, & non autem intrinsecum, & formale, quod solum constituit ens rationis, sicuti concluditur. 1. & ideo licet illud esse obiectivum primum generis à solo pendat intellectu divino, non idcirco dicitur ab eo entia rationis fieri, sed tantum facta, vel factibilia cognosci.

79. Secundo, quod possit facere ens rationis. Tum quia, ut arguitur, Amic. cit. vis efficiendi rationis pertinet ad perfectionem intellectus creati, ergo non debet denegari divino, probatur assumptum, quia oritur ex latitudine, & universalitate obiecti, quae utique ad perfectionem potentiae spectat, nam quod potentia ad plura se extendit, eo est perfectior, & ideo vis efficiendi entis rationis negatur potentiae sensitivae, ob eius imperfectionem, quia arctatur ad ens determinatum, tanquam ad obiectum, puta ad rem finibilem. Tum quia ut arguitur, Finem. cit. de ratione intellectus comprehendens est, ut obiectum omni modo, quod cognoscibile est, penetrat, sed privationes, & angeli non solum secundum se, sed ad modum alterius sunt attingibiles, ergo à divino intellectu etiam hoc modo attingi possunt formando entia rationis. Tum tandem, quia Deus cognoscit potentiam entis, quia nihil est per se intelligibile, nisi ens, & ut Doct. ait qu. 4. univ. nihil intelligitur sub ratione non ens, & hoc necessitas communis est omni intellectui, quia non fundatur in imperfectione intelligentis, sed in ipsa natura obiecti intelligibilis, ergo &c.

Resp. negando assumptum cum sua probatione, non enim ita patet, obiectum adequatum intellectus, etiam sub se directe comprehendat ens rationis, immò ex Doctore r. d. 3. q. 3. solum ens reale est obiectum primum primatè adequatum, quare ex latitudine sui obiecti non habet quod ferri possit in ens rationis, nisi in virtute entis realis, & concipiendo ens rationis ad modum eius, & quia talem collationem non ens ad ens reale nequit fieri, facere ob suam materialitatem ex Soto quod. 17. C. ideo negatur illi vis efficiendi ens rationis, quae tamen in intellectu non est imperfectè simpliciter, sed perfectè simpliciter, ut patet, aut potius imperfectè, & improprietates in concipiendo; neque hoc est mirum, quia etiam vis reflexiva tribuitur intellectui ob eius spiritualitatem, & negatur, sicut de eius imperfectionem, & tamen formaliter non reperitur in Deo. Ad 2. valet assumptum de modis non inducentibus imperfectionem in comprehendendo, qualis est ille, quod ens rationis efficitur, alioquin probaretur etiam res Deo, quod ens rationis efficitur, cum hoc quoque modo sint cognoscibiles. Ad 3. perfectus modus cognoscendi negationes, & privationes non est falsus attingere directe per modum entis, sed indirectè iudicio organo diviso, quo modo attingimus cecitatem concipiendo in tali organo non esse potentiam visivam, sic enim cognoscitur sicuti sunt, & per modum non entis, & hoc quidem modo cognoscitur à Deo, in quo nullum intervenit ens rationis, quia non concipiuntur ad modum entis.

90. Tertio contra probatur non posse Deum efficere ens rationis. Tum quia vis efficiendi ens rationis non pendet ex imperfectione obiecti intelligibilis, quia intellectus, qui non ad adequatè obiectum comprehendens, nec intuitivè videns, causat in eo distinctionem rationis, & alias intentiones logicas, quae sunt per abstractionem. Tum quia tunc concipere possit, quae non sunt distincta, ut distincta, quae non sunt relata, ut relata, & privativa, ut positiva, & consequenter res aliter, ac sine. Tum tandem quia entia rationis dicuntur forme fictae, praesertim, quia nullum habent fundamentum in re; ergo nequeunt à Deo fieri, alioquin fingere diceretur.

Resp. negando assumptum, quamvis enim quaedam entia rationis ex sua intrinseca ratione formentur ex imperfecta apprehensione rei, ut forte sunt relationes rationis in argumento tamen, tamen universaliter loquendo vis efficiendi ens rationis pendet potius ex parte obiecti intellectus, quod cum sit ens, intellectus volens concipere nihil, cogitur formare ens rationis, quia nihil concipere potest, nisi sub ratione entis, & ideo non est absolute afferendum Deum nullum prorsus ens rationis efficere posse; quin etiam intellectus circa obiectum intuitivè visum potest formare ens rationis, puta relationem visivam, ac intuitivè cognoscit, quod vide Lichei. r. d. 8. q. 3. in §. Præterea intellectus intuitivus. Ad 2. negatur in efficientia entis ratio vis semper misceri errorem, & rem concipi aliter, ac fit, quia esse, quod tunc intellectus tribuit non enti, & esse dicitur, vel relatum quod tribuit non distinctis, & non relatis, non est reale, sed rationis, & concipit non ens sub illa ratione entis, quae illi convenit ex vi intellectus, in quo nullus intervenit error, nam concipit non relata realiter, ut relata ratione, non ens realiter, ut ens rationis, & quamvis in hac conceptione cogatur ex natura ipsa entis rationis illud concipere, ad instar veri entis, non ob hoc concipit illud, ut verum ens reale, sed ad eius similitudinem, quae duo multum differunt, nam in prima conceptione est falsitas, & error, non in secunda; immò eo ipso

quod ens rationis concipitur ad instar entis realis, concipitur ut est, ob intrinsecam analogiam, quam habet ad illud. Ad 3. non omnia entia rationis debent dici ficta, nam illa, quibus correspondet à parte rei fundamentum, propter non sunt ficta (nisi forte talia dicerentur fundamentum, propter non sunt ficta, quorum umbra, & spectra dicuntur) ut infra ex Soto dicemus 4. univ. in fine, & 5. Met. q. 1. ubi insinuat, quod licet sit de antecedente, negatur Consequenter, tunc enim Deus fingere diceretur, quando ita conciperet impossibilem, ut illud a firmaret esse, ut Deus ita concipit, simul neget esse, quod non est fingere, sed potius vertere signum, ut bene advertit Ariaga lect. 4. n. 4.

QUESTIO VI.

An Ens Rationis habeat proprias affectiones, & quae sint.

91. Non querimus hic, num entia rationis habeant proprietates, quae ab ipsis vere fluant, sicut enim non sunt proprie entia, ita nequeunt habere veras proprie entia, ita nequeunt habere veras proprietates ab ipsis vere fluentes. Quomodo ergo dicuntur entia per solam analogiam ad ens reale, ita querimus proprietates, quae tales dicantur per analogiam ad veras proprietates, & quatenus ad modum illarum concepti possunt.

Dicimus Primum Ens Rationis habere in suo ordine proprias affectiones. Conclufio est Scoti r. d. 1. qu. 2. l. & qu. 6. univ. ubi esto in specie loquitur de secundis intentionibus, & universalis logica doctrina tamen communis est, & probatur, tum quia, ut ait Doctor cit. in entibus rationis non solum invenitur praedicatum in quid, & praedicatum in quale essentialiter, sed etiam in quale accidentale convertibile, quod est proprium, ut inductione probari potest in omnibus, quia formari possunt de ipsis propositiones, nedum in primo modo dicendi per se, sed etiam in secundo, in quo propria passio de suo subiecto praedicatur; tum tandem quia si habet suo modo essentiam, ergo etiam & proprietates ab ea fluentes ei proportionatas, nam quancumque essentiam propriae comitantur passiones.

Contra obicitur: Tum quia proprietates ita se habent, ergo subiectum, quod ex natura rei distinguitur ab illo, ab eius quidditate fluat, & est minus ens illo, sed nulla affectiones cogitari possunt, quae ita se habeant erga ens rationis, nisi in enim ex natura rei distinguitur ab ente rationis, cum non existerent à parte rei, nec possent ab eius quidditate fluere, cum ens rationis nullam habeat essentiam, nec possent esse minus ens eo, quia quod est minus ens ente rationis est penitus nihil. Tum quia tales passiones non essent reales, ut patet, neque rationis, alias contineretur essentialiter sub ente rationis, & de illis essentialiter praedicaretur, quod repugnat eubilitate, & de illis essentialiter praedicatur, tum tandem quia datur quaedam entia rationis, quae nullam habent determinatam naturam, eo quia nullam habeant à parte rei fundamentum, ut sunt chymericæ, ergo saltem illa proprias passiones habere non possunt, quia illas petunt determinatam naturam, à qua fluere concipiuntur.

92. Resp. conditiones proprie passionis assignatas in maiori lorum affectionibus realibus simpliciter convenire; ac secundum quod possunt etiam convenire affectionibus rationis, nam suo modo concepti possunt, & fluere ab essentia entis rationis, & ab illo ex natura rei distingui, & esse minus ens eo, nec ob id sequitur esse nihil prorsus (ait Doct. r. d. qu. 6. univ. ad. 4. qui a sicut in entibus realibus datur gradus in essendo, nam accidens est minus ens substantia, non tamen nihil, ita suo modo admitti debent in entibus rationis, cum omnino concepti debeant ad instar eorum. Ad 2. sicut ens reale ob suam transcendentiam praedicatur de suis passibus, vel quidditative, ut a Iust. Thomista, vel denominative, ut nos, & ideo essentialiter non continentur sub ipso, cum proprie, & formaliter non sit ens reale, sed eorum a sicuti eius, ita pari modo dicendum de ente rationis. Ad 2. chymerae, & similia entia rationis fundamenta carent dicantur, & non habere determinatam naturam, non quia nullum habeant prorsus fundamentum, & occasionem à parte rei, nec quia non habeant naturam sibi proportionatam, sed quia fundamētum illis correspondens à parte rei non determinat nos ad illa fingenda hoc potius, quam illo modo, sicut nos determinat fundamētum, quae solent correspondere determinatis entibus rationis, & secundum intentionibus generis, speciei, &c. potest igitur ipsis etiam adscribi natura suo modo determinata, & affectiones illis correspondentes; immò haec ipsa eorum natura, vel affectio necessaria, quod fingi possunt quocumque modo ad libitum nostrum, & per hoc essentialiter secedunt ab aliis entibus rationis, quae non possunt fingi, nisi illo modo, ad quem nos determinat, & impellit fundamentum illis correspondens à parte rei, ut magis explicabitur c. seq.

93. Dicimus 2. ens rationis in communi habere suo modo omnes illas proprietates, quae conveniunt enti reali in communi, ad cuius instar concipitur, & pariter entia rationis in particulari habere proprie affectiones illorum entium, ad quorum instar concipiuntur. Prima pars conclusionis probatur, & explicatur, in ens reale habet proprietates simpliciter, ut unum, verum, bonum, & disiusum, ut contingens, necessarium, idem, & distinctum, & infinitum, sed omnia ista possunt suo modo adaptari entibus rationis, ergo &c. Prob. mi. non, quod licet enim ens rationis in se est unum suo modo, quia in se indivisum, & à quocumque distinctum, unde naturam est ad quodcumque comparatur idem, vel diversum suo modo esse, est etiam suo modo